



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Parallelia Geographiae Veteris Et Novae**

Parallelia Geographica Italiae Veteris Et Novae

**Briet, Philippe**

**Parisiis, 1649**

Nvm. 9. Aquæductus præcipui Romani.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13120**

ter Tiberim & vribis Mœnia, ut intelligitur ex oratione Annibalis apud Liuium lib. 21. vocabatur aliter TIBERINVS: hodie locus inter montem Pincium, & Tiberim ad pontem Milvium, & facellum S. Iuliani, oppositus Vaticano.

PRATA QVINTIA: hodie inter vineam Mediceam, vulgo la Vigna di Madama, & Molem Hadriani le Chasteau S. Ange: sic dicta sunt à Marco Quintio Cincinnato Dictatore.

PRATA MYRIA: data Mutio Scæuola à Po. Rom. virtutis ergo, atque constantiae: hodie la Ripa.

NVM. 9. Aqueductus precipui Romani.

Olim viginti illustres numerabantur, sed ætate Procopij tantum quatuordecim supererant: hi sunt in Historiis celeberrimi.

AQUA APPIA, ducta ab Appio Cæco, inuenta à P. Claudio Venoce.

AQUA MARCIA, à Q. Marcio Rege Prætore qui eam adduxit, olim Aufcia dicta, & fons Piconia, in Fucinum lacum cadens, mox cuniculo hausta, & deinde redditæ.

AQUA IVLIA, aliter Tepula dicta ab Agrippâ multis venis collectis audita.

AQUA VIRGO, sic dicta vel quia militibus hanc Virgo indicauit, vel quod Herculanium riuum refugerit.

AQUA HASSIA, seu AVGUSTA, & Alisetina, patum salubris.

AQUA CRABRA, de qua in fluviis Latij.

AQUA SABATINA, seu CYMINIA, ex lacu Sabatino educata. Et alias minus illustres.

§. 4. Descriptio Geographica Latij.

NUM. 1. Latini, hodie la partie de la Champagne de Rome, entre Tiuoli, Velitri, Rome, & le fleuve Numico.

V R - B E S	OSTIA Colo, facta ab Anco Martio, Romanorum Nauale Straboni, aliter Ostia Tiberina, Repurgatus est portus à Iulio Cæsare, magnificè structus à Claudio, absolurus à Traiano. Hodie Ostia, nobis le port d'Ostie. Ferunt hic aliqui Æneam condidisse Troiam Novam
----------------	--